

25 palmam ipsam explanabis vna 15
 Postremo ad tertiam lineam effigiem
 auersam per scapulas, id est intra alas,
 latam facies, vna 4.

Ipsam podicem intra nates fissum de sig.
 nabis altitudine vnus octauce.
 Calcaneum latum facies vna 24.

Atq; hac ratione et via altitudine et latitudine omnium huius corporis membrorum
 tripliciter descripta, consequenter delineationis habitus et figuram inscribes pro tuo quis
 dem ingenio q; appositisime Neq; est parum utile, id quod libenter soleo facere, vt ille de
 lineationes et figura secundum propositam viui hominis similis staturæ Imaginem
 inducantur, ita cadent aptius ac venustius, quam si temere exarentur.

Equidem quam potui exactissime in exemplis omnia expressi Atq; est in hac parte
 spectabile pre ceteris, quanto artificio natura hominem, quasi compactum duabus par
 tibus fabricata sit, vtq; in coxendicis tanquam basin truncum impositum agglutinarit
 Quo loco in exemplis diligenter circum ventrem sacrumq; os, talem habitum desig
 nantes curuauimus. Quæ quidem vt primæ effigiei exempla quo omnia sint distinc
 tiora, signo licet aliquo notes vt verbi gratia. A.

